



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Conivgio Doctrina**

**Wigand, Johann**

**Jhenæ**

**VD16 W 2745**

XI. Ratiocinatio. Ex Alio Dicto.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36207**

SACERDOTVM.

XI.

RATIOCINATIO.

EX ALIO DICTO.

Roma 8. Qui in carne sunt, Deo place-  
re non possunt.

Sacerdotes pontificij in honesto coniu-  
gio viuentes, essent in carne.

Ergo sacerdotes pontificij, in coniugio  
honesto viuentes, Deo placere non possunt.

Respondeo. Non tam in sulcis, quam  
effrenis malicia in detorquendo hoc etiam  
Pauli dicto, detestanda est. Nam Paulus inter-  
se hæc duo opponit: In carne esse. Et: In Spitiu  
esse.

In carne esse, significat per spiritum san-  
ctum renatum esse, excitari, ac regi in noua  
obedientia.

Infert igitur: Vas autem in carne non  
estis, sed in spiritu, si tamen spiritus Dei habi-  
tat in vobis. Item, si autem spiritu facta carnis  
mortificaueritis, viuetis.

Nihil.

DE CONIVG.

Nibil itaq; hic de coniugij legibus docet  
Paulus, sed omnibus pijs ex æquo instillat do-  
ctrinam de frenanda carne, eiusq; concupis-  
centijs.

Ex hisce intelligetur, Minorem non solum  
fanaticam esse, sed & contumeliosam in præ-  
cepta, de honesto Coniugio esse. Nam si in carne  
vivere, idem est quod in coniugio vivere, nul-  
lum coniugium Deo placere potest, contra tot  
Decalogi præcepta, & alia sacræ scriptura il-  
lustria testimonia.

XII.

RATIOCINATIO.

EX DICTO PAVLI  
I. Timoth. 5.

Adolescentiores Viduas deuita: Cum  
enim lasciuire cæperint aduersus Christum, nu-  
bere volunt, habentes damnationem, quia  
primam fidem irritam fecerunt.

Ergo sacerdotes pontificij, debent adiura-  
re honesta Coniugia, per omnem vitam non  
ineunda.

Respondeo. Quæ est consequentia? Nulla.  
Omnes